BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 23v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ad eam quae in euangeliis scripta est fidem ac
dilectionem referunt. quasi totam dni mensam cum
panib; ac uasis ipsius in quattuor circulis postant,
VII. Paratibus & acetabula ac fialas turibula & ciatos.
In quib; offerenda sunt libamina ex auro puris
simo; Varia uasa quae ad offerenda libamina
sunt facta. uariae sunt distinctiones eloquii diuini
pro dispari capacitate audientium. Si enim una
eademq; omnib; potest conuenire doctrina,
Aliter namq; sapienter. aliter insipienter. aliter
diuites. aliter pauperes. aliter sani. aliter infirmi.
aliter senes. aliter iuuenes. aliter uiri. aliter feminae.
aliter celibes. aliter coniugati. aliter praelati.
aliter subditi docendi sunt, Quae tamen uasa omnia
ad mensam tabernaculi omnia ad offerenda libamina
pertinent; quia quaecumq; prudenter doctor diuer
sa p diuersitate audientium loquitur. uniuersa in
regula sacrae scripturae reperiuntur. atq; ad of
ferenda domino uota bonorum operum cordae excitant
auditorum. quae uidelicet opportuna diuersitas
scae praedicationis ipsius dni ore designabatur.
cum diceret. Quis putas est fidelis dispensator
& prudens quem constituit dnus super familiam suam.
ut det illis in tempore tritici mensuram,